



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

II. Explicatur hæresis Eutychetis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)

maiestate Christi hominis, quę sunt Ingolstadij excusę am  
M. D. LXXIV. Ex aduersariis scripsérunt Henricus BVLIS  
GERVS libro de duabus naturis Christi; Petrus MARITIUS  
logum de loco corporis Christi; & Theodorus Beza libro  
de omnipræsentia carnis Christi contra Brentium, & alii  
de vniōne hypostatica duarum in Christo naturarum conu  
Schmidelinum.

## C A P V T II.

*Explicatur hæresis Eutychetii.*

A M verò ut ad SECUNDVM veniamus, deu  
strandum est, duas esse in Christo naturas, sed pri  
us explicanda est sententia Eutychetis, quia legi  
fer habetur eius hæreses, quam nunc teatimus.  
Sciendum igitur est, hæresim fuisse EUTYCHETIS, in Cen  
post incarnationē vnam tantum fuisse & esse naturam. No  
enim putabat aliter posse defendi contra Nestorium, offe  
num Christum & non duos.

D E INDE dicebat, vnam esse factam naturam exinde  
tate, & carne, per conuersationem diuinitatis in carnem, quia  
scriptum est Ioan. i. *Verbum caro factum est:* & vnum fū  
alterum, est verti in illud, sicut cum aqua facta est veritas,  
aqua conuersa est in vinum, & nunc cum panis per con  
crationem fit caro Christi, panis conuertitur in canem  
Christi.

T E R T I O asserebat, diuinitatem Verbi natam, passim  
mortuam, sepultam fuisse: quod quidem ex priore emul  
nascitur. Si enim diuinitas versa est in carnem, & cato nat  
passa, mortua, sepulta dicitur, certè diuinitas nata, passa  
mortua, sepulta dicenda est, non enim ita diuinitas finge  
versa in carnem, vt desierit esse diuinitas: quo modique  
cūm in vinum vertitur, desinit esse aqua. Ratio huius modi  
fuit, quia nō putabat posse refelli Nestorium, qui Christum  
Deum natum & passum negabat, nisi diuinitas Christi non  
& passa ostenderetur.

Q V A R T O asserebat, Christi carnem non esse eiusdem  
naturæ cum nostra, neque Verbum in veram carnem esse  
conveniat.

conuersum, sed in carnem quandam apparentem & phantasticam, ita ut potius Verbum simulauerit se hominem, & natum, & mortuum esse, quam reuera fuerit. Ratio eius est, quia videtur indignum Deo, quod vera caro fuerit, & vere natus, passus & mortuus sit.

Atque ita hæresis ista in hæresim Valentini, Manichæi, & aliorum qui veram humanitatem in Christo negabant, tandem recidebat: quam postea ex Lutheranis secuti sunt Gaspar Svenckfeldius, & Andreas Musculus, si Staphilo credimus in lib. de concordia discipulorum Lutheri. Hanc fuisse hæresim Eutychetis, cognosci potest ex epistola sancti FLAVIANI ad B. Leonem, quæ est 9. inter epistolas B. Leonis, & ex epistola 97. S. Leonis ad Leonem Imperatorem, & ex lib. 4. de hæreticis fabulis Theodoreti in fine.

NOTANDVM autem est, hanc hæresim exortam fuisse ante tempora Eutychetis; ipsumque Eutychetem non tam fuisse primum auctorem, quam præcipuum propagatorem huius hæresis. Idem enim antea docuerat Apollinaris, ut testatur Epiphanius hæres. 77. Augustinus hæresi 55. & Vincentius Lirinensis in suo commonitorio. Eandem quoque hæresim refellunt sine nomine auctoris, ATHANASIVS in epistola ad Epictetum, Ambrosius libro de incarnationis Dominicæ Sacramento, cap. 6. & CYRILLUS libro de recta fide ad Theodosium: qui omnes mortui erant cum Eutyches exortus est.

Porrò Catholica fides semper agnouit in Christo post incarnationem duas integras & perfectas naturas, diuinam, & humanam, quæ quidem sine illa confusione, vel permixtione in una persona Verbi subsistant. item naturam diuinam neque natam, neque passam esse, sed solùm humanam; ac demum illam humanam esse ac fuisse eius-

dem speciei cum nostra; quæ omnia probari possunt testimoniis Scripturarum,  
Conciliorum, & Pa-  
trum.



## CAPUT